



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

3. De muliere 18. annis incurua à Christo erecta sabbatho Öuc. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

De muliere 18. annos incurua , à III.
Christo erecta Sabbatho.

LUC. 13.

I. **C**um doceret Iesus Sabbatho in synagoga, videns mulierem decem & octo annos habentem spiritum infirmitatis inclinatum, nec omnino valentem sursum respicere, misericordia motus ad se eam vocavit, & imposita manu confestim sanavit. Mulier illa incurua præfiguratur quamvis animam peccati & diabolicæ seruitutis iugo oppressam, longoque tempore sub eo gementem, quæ pondere concupiscentiarum suarum ad terram inclinata, terrena tantum capit & sapit, quæ sursum sunt, nec respicere quidem potest, nisi divina gratia erigatur. Quam miserabilis talis animæ conditio, in limo illecebrarum mundi & carnis sic immerisæ, ut ad veras cœlestesque delicias, ad quas creata est, nec aspicere quidem possit! Quanta misericordia à tanta miseria liberari, à qua toties te misericors Salvator misericorditer eruit, quoties lapsum in quoduis peccatum erigit! Gratitude, amor zelus gloriæ Salvatoris.

R. 1 4

II. A.

II Archisynagogo indignanti quod Sabbatho eam curasset, respondens dixit: Hypocrita, vnu qui q̄, vel ū Sabbatho nō soluit bouem suum aut asinum à praesepio, & ducit adquare hanc autem si iam Abrabam, quam alligauit Iatanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo illo die Sabbathi? Quam efficaciter superstiosam huius Archisynagogi culicem celantis, & camelum deglutientis hypocrisin refellit, & simul intimum compassionis affectum erga animas sub graui peccati & diaboli tyrannide ingemiscentes patenter ostendit! Quis displicet illi hypocritica iustitia & sanctitas multorum, qui exteriora quaedam minimi momenti ad vanam ostentationem superstiosè obseruant, interiora maximi momenti, in quibus vera perfectio consistit, negligunt & in alijs contemnunt. Quam placeat è contra sincera diuinæ gloriæ in omnibus intentio, pura proximi dilectio, intima erga peccatores & afflictos compassio! Fuga hypocrisis, temerarij iudicij, & contemptus aliorum: Sincerus zelus gloriæ Dei, perfectionis propriæ, & salutis animarum.

III. Et cū hæc diceret, erubescerant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat

bat in uniuersis qua gloriose fiebant ab eo. Quanto magis in extremo die iudicij omnes calumniatores & persecutores Christi & Sanctorum erubescant, quando suam impietate & hypocrisin, & illorum innocentiam & sinceritatem toti mundo clare manifestatam cernent! & quanto magis omnes electi latabuntur, quando tantam Christi Domini gloriam, simulque suam toti mundo propalatam conspicabuntur? Affectus ijdem.

De filio prodigo resipiscente. Luc. 15. IV.

I. Xpende in typo filij prodigi miram ingratitude, temeritatem & stoliditatem cuiusuis peccatoris, qui pro libertate arbitrij sibi indulta, donis naturæ & gratiæ abutens; per peccatum mortale à Deo se auertit, & ad creaturas se conuertit; se iungit se à cœtu filiorum Dei, & coniungit consortio mancipiorum Diaboli; recedit è paterna domo, inuito cœlesti Patre, & ingemiscuntibus Angelis, & abit in longinquam regionem umbræ mortis, & reatus gehennæ ignis, exultante mundo & applaudentibus dæmonibus; atque ita vnico

Rr s. quasi